Annus XV - Vol. XV 1 Septembris 1923 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii PP. XI: Epistola Apostolica, p. 437; Constitutio Apostolica, p. 443; Litterae Apostolicae, p. 444; Epistola, p. 445.

Acta SS. Congregationum: *Suprema S. C. S. Officii:* Notificatio, p. 449. - *S. C. Consistorialis:* I. Monasterien. Iurisdictionis, p. 449. II. Curityben. et Botucatuen. Commutationis, p. 450. III. Mariannen. et Bellohorizontin. Immutationis finium, p. 451. IV. Provisiones Ecclesiarum, p. 452. - *S. C. Concilii:* I. Litterae circulares de statutis capitularibus, p. 453. II. Turonen. Decretum recognitionis Concilii, p. 453 III. Dioecesis *N.* Renunciationis, p. 454. - *S. C. de Religiosis:* I. De recursu contra decretum dimissionis, p. 457. II. Approbationes, p. 458. III. Instruction or List of questions, p. 459. - *S. C. de Propaganda Fide:* I. Decretum de Instituto Filiorum Sanctae Cordis, p. 467. II. Provisiones Ecclesiarum, p. 468. III. Nominationes, p. 468. IV. Approbationes, p. 469. *S. C. Rituum:* I. Turonen. Introductionis Causae Servae Dei Mariae Poussepin, p. 470. II. Sinarum et Tusculana. Introductionis Causae Servae Dei Mariae Assumptae Pallotta, p. 473.

Diarium Romanae Curiae: S. C. di Propaganda Fide: Comunicato. - S. C. dei Riti: Congregazioni *varie*. - S. Romana Rota: Avviso. - Segreteria di Stato: Nomine, onorificenze. - Maggiordomato: Nomine. - Necrologio, pp. 477-484.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXIII

Directio: Palazzo della Cancelleria — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana. — Roma.

Pretium annuae subnotationis.
Pro Italia, Lib. 18. — Extra Italiam, *Frs.* 24.
Unius fasciculi, Lib. 3 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex « *Commentarii Officialis* ratione die 29 octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XV, n. 9 - 1 Septembris 1923)

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

PAG.

Quod sancti Bernardi. - Ad R. P. D. Florentium du Bois de la Villerabel, episcopum Annecyensem: de sacris sollemnibus honori Sancti Bernardi a Menthone decretis. - *30 augusti 1923* 437

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Semper Romani Pontifices. - De Vladivostok. Erectionis dioecesis. - *2 februarii 1923* 443

LITTERAE APOSTOLICAE

Quae catholico nomini. - Separato territorio e Vicariatu Apostolico Marroquiensi, erigitur Vicariatus Apostolicus de Rabat in Africa septentrionali. - *2 iulii 1923* . . 444

EPISTOLA

Quandoquidem. - Ad Emum P. D. Franciscum, diaconum Sancti Caesarei in Palatio, S. R. E. card. Ehrle, quem Legatum mittit Bobium ad solemnitatem XIII saecularem natalis Sancti Columbani. - *4 augusti 1923* 445

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

Comunicato 449

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *Monasterien.* - Decretum de iurisdictione in territorium septentrionale Oldenburgense. - *30 iunii 1923* 449

II. *Curitybensis et Botucatuensis.* - Decretum commutationis portionis territorii. - *30 iulii 1923* 450

III. *Mariannensis et Bellohorizontinae.* - Decretum commutationis finium. - *30 iulii 1923* 451

IV. Provisiones Ecclesiarum 452

S. CONGREGATIO CONCILII

I. Litterae circulares ad Revmos Episcopos, de statutis capitularibus conficiendis vel emendandis. - *25 iulii 1923* 453

PAG.

II. *Turonen.* - Decretum recognitionis Concilii provincialis. - *18 iulii 1923* 453

III. *Dioecesis* N. - Renuntiationis paroeciae. - *11 novembris 1922* 454

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I. Dubium seu Declaratio de recursu contra decretum dimissionis religiosi professi a votis temporariis. - *20 iulii 1923* . . . 457

II. Approbationes 458

III. Instruction or list of questions to be answered by Superiors General and Mothers General of Institutes professing simple vows in their quinquennial report to the Holy See. - *25 martii 1923* 459

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *Decretum.* - Institutum Veronense Filiorum Sancti Cordis Iesu in duas Congregationes separatur. - *27 iulii 1923* . . . 467

II. Provisiones Ecclesiarum 468

III. Nominationes 468

IV. Approbationes 469

S. CONGREGATIO RITUUM

I. *Turonen.* - Decretum introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Poussepin, Fundatricis Instituti Sororum caritatis a praesentatione B. M. V., de Tours. - *27 iunii 1923* 470

II. *Sinarum seu Tusculana.* - Decretum introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Assumptae Pallotta, Instituti Sororum Franciscalium Missionariarum Mariae. - *25 iulii 1923* 473

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. S. Congregazione di Propaganda Fide: *Comunicato* 477

II. S. Congregazione dei Riti: *Congregazioni Antipreparatoria, Ordinaria, Generale e Antipreparatoria* 477

III. S. Romana Rota: *Avviso* 478

IV. Segreteria di Stato: *Nomine, onorificenze* 479

V. Maggiordomato di Sua Santità: *Nomine* . 482

VI. Necrologio 484

Annus XV - Vol. XV 1 Septembris 1923 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA APOSTOLICA

AD R. P. D. FLORENTIUM DU BOIS DE LA VILLERABEL, EPISCOPUM ANNECIENSEM: DE SACRIS SOLLEMNIBUS HONORI SANCTI BERNARDI A MENTHONE DECRETIS.

PIUS PP. XI

VENERABILIS FRATER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Quod sancti Bernardi a Menthone sollemnibus pietatis sanctaeque laetitiae significationibus paras celebrare memoriam, id per te intelligis quam iucundum Nobis quamque gratum accidat: qui cum tantum christiani nominis decus ac lumen peculiari quodam studio iam diu colere consueverimus, nunc, in hac beati Petri Cathedra constituti, perlibenter sane ista occasione utimur, ut eius apud homines gloriam auctoritatis Nostrae pondere confirmemus. Nam, soliti antehac, quotiescumque nimirum per occasionem licebat, ob animum ex studiorum contentione recreandum viresque reficiendas, sublimium adscensus tentare cacuminum, saepe ea loca frequentavimus, ubi tamquam in magno theatro actuosissima Bernardi caritas spectata est, ipsorumque admonitu locorum, in quibus adeo alte impressa manent sanctissimi viri vestigia, ut aliquid eius etiam nunc ibidem spirare dicas, facile in admirationem et amorem tam excellentis vir-

tutis rapiebamur. Ceterum nemo non videt singularia huius oportere fuisse bene promerita, quandoquidem eius nominis aeternitatem in immensis Alpium molibus grata posteritas consecravit.

Molestum quidem est de tali homine, ob negligentiam et infelicitatem superiorum temporum, pauca admodum esse tradita quae nullum dubitationi locum relinquere videantur, cum vulgatiores eius vitae scriptores haud religiosissime ad historiae fidem opus suum exegerint. Sed tamen quae in hoc genere certa sunt, ea plane ostendunt dignum Bernardum esse, qui inter maximos Ecclesiae catholicae heroas numeretur. Constat, Menthone, amplissimo loco natum, in summa rerum affluentia, quibus qui abundant, beati ab amicis huius saeculi appellari solent, maturrime Iesu Crucifixi amori omnia postposuisse; eundem litteris excultum, paratis a patre honestissimis nuptiis, necopinato se domo subduxisse, et per devia abruptaque itinera Augustam Praetoriam penetrasse; ibi a Petro, eius ecclesiae archidiacono, humanissime acceptum, in eiusdem disciplina cum ad sacerdotium se rite comparasset, iam inde ab initio mirificis eluxisse virtutibus; paenitentia praesertim tanta, ut panem siligineum torrentisque aquam tamquam delicatiora aspernaretur, eoque uteretur et cibo et potu, qui, gustatum torquendo, vix vitam sustineret; ita prorsus in servitutem redacto corpore, totis animi viribus ad verbi ministerium incubuisse, Augustanum primo canonicum, deinceps, plus quadraginta annis, quoad vixerit, archidiaconum; cumque videret homines usquequaque circum in magna divinarum rerum ignoratione versari, perditisque fere ac barbaris uti moribus, nec deesse qui, maxime ex diuturna Saracenorum consuetudine, impios ethnicorum ritus vanitatesque superstitionum sectarentur, non in Augustanae dioecesis finibus continuisse ardorem, quo flagrabat, divinae gloriae cum animarum salute promovendae, sed in Sedunensi etiam et in Genevensi et in Tarantasiensi utilissime elaborasse, atque Eporediam et Novariam usque suo apostolatus studio esse provectum; omnes igitur istas valles saltusque peragrantem, in hominibus a multiplici errore ad veritatem, a foeditate vitiorum

ad christianae vitae dignitatem deducendis tanto desudasse cum fructu, ut Alpium Apostoli cognomen invenerit.

Magna quidem haec sunt virtutum specimina, sed aliis nec paucis communia sanctis viris; illud Bernardi nostri proprium est, idemque tamquam sanctitatis eius insigne, de quo sic alterum ecclesiae Anneciensis ornamentum, Franciscus Salesius, praeclare in suo *Theotimo*: « Gradus plures sunt perfectionis in « caritate: pauperibus, non summa necessitate laborantibus, com- « modare quidpiam, eleemosynae infimus gradus est; altior do- « nare quidquid habeas; hoc ipso vel altior dedere et devovere « semet ipsum ministeriis pauperum. Ita hospitalem esse extra « necessitatem extremam, consilii est: cuius rei primum est pere- « grinos excipere. Ire autem ad exitus viarum, eos invitandi « causa, ut solitum fuisse scimus Abraham, maius est; hoc « enimvero vel maius loca insidere plena periculorum ob per- « transeuntes recipiendos, adiuvandos, fovendos: in quo ipso « eminebat magnus ille vir, sanctus Bernardus a Menthone, huius « dioecesis: qui cum clarissima familia ortus esset, inter summa « Alpium iuga multos annos habitavit, compluribus eodem soda- « libus congregatis, ob eam causam, ut et praestolaretur, et « hospitio acciperet, et praesenti ope iuvaret, mediisque in tur- « binibus a summo plerumque periculi discrimine viatores extra- « heret, eâ transeuntes, quos quidem tempestatum frigorumque « vis saepius interemisset, nisi hospitia aderant ab hoc Dei ama- « tore constituta in iis duobus montibus, qui propterea ipsius « nomine nominantur » (lib. II, cap. IX).

Etenim haud ita pridem factum est, ut humani sollertia ingenii, perfodiendis montibus agendisque cuniculis, expeditas facilesque vias populis inter ipsos aperiret. Sed omnibus retro saeculis non aliter superari poterant interiecti montes, nisi per itinerum angustias, quae inter ipsorum vertices paterent. Iam vero ex huiusmodi itineribus nullum fuit umquam magis celebratum quam transitus Alpium Penninarum per summum *Montem Iovis*, qui dicebatur. Hac scilicet omni tempore aliae ex aliis, infinitae militum copiae transgressae sunt; nec

mirum, si loco tam periculoso templum Romani exstruxerunt deorum maximo, suis legionibus propitiando; cuius quidem, itemque adiunctae templo mansionis, quae imperatorum missis perfugium praesidiumque praeberet, vix quicquam hodie reliqui est. Ita fauces Italiae Satan obsederat; quam sedem cum diu tenuisset amissamque deinde longo intervallo recepisset, postremo si ex ea in perpetuum deturbatus est, profecto est Bernardi merito attribuendum. Nam Saracenos, qui ea loca occuparant, eademque cum latrociniis et incursionibus infesta haberent, tum revocata idololatriae impietate polluebant, non est dubitandum quin ipse inde excedere coëgerit, omnemque ethnici cultus maculam eluerit. Id quacumque ratione contigit, sine mirabili quadam virtute non contigit. Sed multo maiorem admirationem habet id consilium quod subinde iniit cepitque Bernardus.

Neque enim satis habuit Satanae vel simulacrum vel administros ex eo loco removere – quod item fecit in Alpibus Graiis ad *Columnam Iovis*, qui est Italiae aditus ex Gallia – verum, posteaquam in templi ruinis triumphalem Iesu Christi crucem sustulerat, voluit ad eam custodiendam adesse electos ipsius Christi milites, qui quidem, sanctissimo Domini sui praecepto instituti ad benigne faciendum aliis, simul viatorum securitati et saluti iam sine ulla intermissione vigilarent. Itaque in editissimo orbis terrae loco duplex quoddam christianae caritatis praesidium stativum, auctore atque agente Bernardo, constitutum est, nullis quidem laudibus pro dignitate satis celebrandum. Nam si quis diligenter consideret omnia, cur Bernardo huiusmodi inceptum, non dicimus temerarium, sed plane humanis viribus maius videri debuerit, is profecto, videns tamen rem huic successisse, *digitum Dei hic esse* non inficiabitur.

Potuerunt quidem fortissimi imperatores ob eam causam ut rerum potirentur provinciasque Europae fructuosissimas occuparent, trans istas Alpium fauces innumerabilem armatorum vim saepe traducere; potuerunt per immensas solitudines altis nivibus obrutas audacter ingredi, earumque candorem vestigiis cruentis inficere, nihil curantes quantum mortuorum vel

morientium post se relinquerent. Num quis inventus est umquam tam magni animi, ut ibi se suosque in perpetuum consistere vellet, idcirco ut quotidie pro omnium salute viatorum, quicumque fame, frigore, lassitudine perituri essent, se in periculum capitis atque in vitae discrimen inferrent? Iam vero sancti Bernardi a Menthone laus immortalis est id et cogitasse et effecisse; ac prope nongenti anni sunt, ex quo conditum ab ipso Hospitium, solidius illud quidem quam sumptuosius, stare coepit, at quantis et laboribus et impendiis et invictae virtutis documentis!

Nam quis explicare queat quam multa quamque magna, tanto saeculorum spatio, exstiterint religiosorum Bernardi sodalium erga homines cuiusvis religionis ac generis promerita? Quot illi adiumenta summis gravissimisque temporibus ministraverint? Quam multos paene perditos ex mortis faucibus eripuerint? Quam multum etiam populorum inter se commerciis, Alpina illa itinera liberando, profuerint? Accedit ut ea morum suavitas, summâ alacritate diligentiaque coniuncta, qua omnes hospites excipere eosque omnibus caritatis officiis fovere solent – id quod Nosmet ipsi plus semel experti sumus – non parum valeat ad praeiudicatas opiniones, si quae insederint in animis hominum contra Ecclesiam catholicam, eluendas, eorumque voluntates eidem, tam praeclarae fautrici humanitatis omnis, conciliandas. Quo loco vehementer libet gratulari dilectis filiis, praeposito et canonicis regularibus augustinianis, qui, Bernardi spiritum inviolate retinentes, in ea caritatis christianae veteri statione praesidioque tam studiose perseverant, illis adiuti canibus ad vestigandum sagacissimis, ad auxiliandum acerrimis.

Equidem de sancto Bernardo novimus apud recentiores dubitari, quo ipso anno is lucis huius usuram acceperit. Verum, huiusmodi quaestionem integram relinquentes, tibi non inviti suffragamur, venerabilis frater, millesimum eius natalem, secundum temporum rationem vulgo antea receptam, celebranti; eo magis quod, cum dubium non sit quin hic octingentesimus sit annus, cum Novariae Episcopus Bernardo, qui ea in urbe ad Deum exces-

serat, caelestium honores rite, pro iis temporibus, detulit, deinde Sedis Apostolicae auctoritate ratos, hanc quoque rem per ista sacra sollemnia simul commemorandam esse putamus. – Ex eorumdem igitur occasione sollemnium, Nos, ut pro Apostolicae potestatis plenitudine, tanti viri cultum, in gentibus Alpinis ab initio propagatum nulloque deinceps tempore intermissum, augeamus, sanctum Bernardum a Menthone non modo Alpium vel incolis vel viatoribus, sed iis etiam qui earum iuga adscendendo se exercent, caelestem Patronum attribuimus. – Namque ex omnibus exercitationibus, quibus honesta oblectatio quaeritur, nullum genus dixeris esse isto salubrius – dummodo omnis temeritas absit – ad animi valetudinem, nedum corporis. Cum dure enim laborando et ad maiorem usque tenuitatem aëris puritatemque nitendo renoventur vires ac roborentur, tum etiam fit, ut et difficultatibus omnis generis eluctandis constantior ad officia vitae vel ardua evadat animus, et illam rerum immensitatem ac speciem contemplando, quae ex Alpium sublimitate circumspicientibus patent, facile ad Deum, naturae auctorem et dominum, mens assurgat.

Denique ipsius istius sollemnitatis quo amplior et splendor exsistat et fructus, damus perlibentes, ut qui triduanae supplicationi, quae in honorem sancti Bernardi fiet, interfuerint, plenariam peccatorum remissionem, usitatis condicionibus, semel lucrentur. Potestatem autem facimus ei qui postremo die sacrum, pontificali ritu, peregerit, nomine et auctoritate Nostra, praesentibus benedicendi, proposita eis pariter plenaria admissorum venia. Auspicem interea caelestium munerum ac peculiaris benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo, praesertim nobilissimae domui Comitum a Menthone, amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XX mensis augusti MDCCCCXXIII, Pontificatus Nostri anno secundo.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE VLADIVOSTOK

ERECTIONIS DIOECESIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Semper Romani Pontifices, vel propria auctoritate, vel rogatu Ordinariorum dioecesium, diligentissime curarunt ut, ob mutatas in aliqua regione rerum conditiones, aut ob alias iustas causas, missiones vel dioeceses nimis amplae dividerentur, eo consilio ut spirituale christifidelium bonum et religionis incrementum magis magisque promoveretur.

Hac de causa tota Siberiae regio complectens quinque decanatus de *Vladivostok*, *Irkutsk*, *Omsk*, *Tomsk* et *Taschkend* ab archidioecesi Mohiloviensi, cui pertinebat, divisa fuit a f. r. Benedicto Papa XV, Praedecessore Nostro, et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide subiecta.

Cum tamen istud territorium adhuc amplissimum sit, venerabiles fratres Eduardus de Ropp, hodiernus Archiepiscopus Mohiloviensis, et Ioannes Baptista de Guébriant, hodiernus Archiepiscopus titularis Marcianopolitanus, qui regionem Siberiae Apostolico munere visitavit, proposuerunt, ut plures distinctae dioeceses in isto vastissimo territorio erigerentur.

Venerabiles igitur fratres S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi, in Comitiis generalibus diei vigesimae nonae mensis ianuarii proxime praeteriti, re mature perpensa, propositionibus enunciatis adnuendum esse censuerunt, videlicet a tota regione Siberiana seiungendum esse decanatum de *Vladivostok* complectens duas provincias civiles, de *Primorskaia Oblasti* et de *Amurskia Oblasti*, quae a flumine *Amur* limitantur, necnon partem russicam insulae *Sakalin*, atque in dioecesim erigendum.

Praeterea iidem S. R. E. Cardinales statuerunt ut in civitate *Vladivostok* episcopalis residentia novae erigendae dioeceseos constitueretur.

Huiusmodi autem sententias Apostolica auctoritate approbantes ac ratas habentes, cathedralem Ecclesiam de *Vladivostok* erigimus et erectam declaramus.

Quae autem hisce Litteris, apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare

praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo tertio, die secunda mensis februarii, Pontificatus Nostri secundo

G. M. CARD. VAN ROSSUM,
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus.

O. CARD. CAGIANO,
S. R. E. Cancellarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphäel Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XXVII, n. 40.

LITTERAE APOSTOLICAE

SEPARATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO MARROQUIENSI, ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE « RABAT » IN AFRICA SEPTENTRIONALI.

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque christiani populi saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus officium, quo in terris fungimur. Iamvero, cum abhinc aliquot annos pars territorii vicariatus apostolici Marroquiensis, in Africa septentrionali, gallicae ditioni subiaceat, quo consultius ecclesiastico eius regimini provideatur, opportunum consilium visum est ab eodem vicariatu apostolico Marroquii regionem distrahere ad novam inde missionem erigendam. Quare, omnibus rei momentis attento seduloque studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, motu proprio ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, ex apostolico vicariatu Marroquiensi eam territorii partem distrahimus sive separamus quae nunc gallicae ditioni subiicitur atque inde novum apostolicum vicariatum efformamus erigimusque, de *Rabat* appellandum. Hunc vero novum apostolicum vicariatum alumnorum Ordinis Fratrum Minorum e natione gallica curis committendum esse decernimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros ef-

fectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis iulii, anno MDCCCCXXIII, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status*.

EPISTOLA

AD EM̃UM P. D. FRANCISCUM, DIACONUM SANCTI CAESAREI IN PALATIO, S. R. E. CARD. EHRLE, QUEM LEGATUM MITTIT BOBIUM AD SOLEMNITATEM XIII SAECULAREM NATALIS SANCTI COLUMBANI.

Dilecti fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quandoquidem hoc iam moris est ut, quicumque olim gloriam sibi – utinam solidam veramque omnes – quaesiverunt, eorum recordatio, certis temporum intervallis, renovetur, profecto sancti Columbani, cuius a beato exitu tertium decimum saeculum dudum, insidente bello, confectum est, maxime nunc decet, cum potestas datur, grate celebrari nomen et benefacta commemorari. Nam Columbanus inter eos summos et singulares viros est numerandus quos divinae Providentiae numen, difficillimo quoque generis humani tempore, ad res prope perditas recreandas excitare consuevit. Nec vero dicendum est magno Dei consilio vacasse quod is Benedictum quodammodo exceperit; siquidem sub idem tempus hanc lucem aspexit, quo ille monachorum Patriarcha coepit sempiterna perfrui. Quamquam multo ampliorem a Deo campum habuit Benedictus in quo ipse et instituta ab eo familia pro communi salute contenderet: Europae enim occidentalis complexus est partem longe maximam; atque etiam in quibus regionibus Columbani elaborarat industria, in earum possessionem deinceps, tamquam hereditario iure, benedictina soboles venit. Sed tamen non exiguis sane finibus hic praestantissimus Hiberniae filius operam suam studiumque continuit. Etenim quo magis mediae aetatis, quae vocatur, arcana eruditorum hominum pervestigationi patescunt, eo clarius constat Columbani labore et contentione factum esse, ut in Galliae, Germaniae Italiaeque nonnullis partibus christianae sapientiae humanitatisque cultus renasceretur; quae res cum sacri ordinis, tum praesertim Hiberniae catholicae promerita illustrat. Itaque cum per eos continentis tractus ethnicae super-

stitionis multum adhuc restaret in moribus, pluresque barbarorum incursiones, uti ad inquinandas erroribus mentes, ita ad animos efferandos valuissent, iacebant fere christiana vitae instituta, atque illa, quae humanam consortionem ornant, bonarum artium lumina prorsus exstincta videbantur. In qua temporum caligine ac tenebris mirabile est quantum vel religiosae vel civilis disciplinae laude floreret Hibernia, quam si *Sanctorum Insulam* nominari ius est, non minus recte studiorum optimorum domicilium fuisse dixeris. Sic enim accepimus, cum ibi omnes convallium silvarumque recessus eremitarum precibus operisque resonarent, frequentissima etiam fuisse coenobia, quasi quasdam scholas sanctitatis perfectaeque, pro iis temporibus, in omni genere eruditionis; ob eamque causam usitatum fuisse, ut scientiae litterarum omnisque doctrinae cupidi adolescentes undique eo catervatim confluerent. Igitur probe e multiplici rerum cognitione instructus atque ad omnes virtutes, in sanctissima Cumgallii disciplina, exercitatus, cum praesertim cupiditate flagraret bene faciendi quam plurimis posset – et ea quidem erant tempora, quae studii eius alacritatem requirerent – patriam Columbanus, paucis sociis comitatus, deserit; eumque auspicatur migrationum ex Hibernia cursum, unde, labentibus saeculis, tot gentes tam multum profecerunt.

Primum igitur Galliae hic exsistit salutaris: dignaque memoratu illa quae, Bangorensem revocans disciplinam, is condidit monasteria, primo ad Anagratem, deinde ad Luxovium, postremo ad Fontanas; quorum fuit Luxoviense, monachorum frequentia et perfectae vitae observantia clarissimum, quod tamquam seminarium haberetur sacrorum Galliae pastorum, idemque caput ac sedes felicis conversionis eius, quae facta est, in religiosis civilibusque populi institutis et moribus. Ita Columbanus, qui, cum retinentissimus esset domesticae disciplinae, paulo ardentior visus est, pro generis sui indole, in ea Gallis imponenda, tamen effecit, ut, Iona teste, « poenitentiae medicamenta et mortificationis amor », quae iamdiu obsoleverant, rursus in vulgi consuetudinem venirent. At non viri fervidum ingenium, sed sua virtus causa fuit cur ex Burgundiae finibus pelleretur. Nam, quoniam ex officii conscientia, vehementer in vitia regiae domus invectus erat, de carorum sodalium complexu avulsus, solum mutare ac messem iam flavescentem suorum laborum deserere cogitur, Deo nimirum sic permittente, ut alio ardorem suae caritatis afferret. Itaque hac illac cum suis ex Hibernia discipulis aliquot peragravit exsul; qua in peregrinatione feliciter ei contigit ut Meldae Burgondofaram videret, lectissimam virginem, quae postea Farae monasterium, secundum ipsius Columbani disciplinam, excitavit. Brigantii vero ad lacum Constantiensem, ubi solitudinem secutus aliquamdiu constitit, vix credibile est

quanta perpessus sit incommoda, in rerum omnium inopia, ab indigenis idolorum cultoribus inimicissime habitus. Inde igitur profectionem meditanti atque eas Slavorum tribus, quae Noricum et Pannoniam incolebant, Evangelii praedicatione Iesu Christo adiungere cogitanti, ecce aditus patet in Italiam, quo quidem iam diu arcano ferebatur instinctu; provisum enim divinitus erat ut ex tantis Columbani laboribus tantisque meritis extremos maximeque maturos utilitatis fructus Italia perciperet. Huic autem itineri se committens, quam acerbum animo dolorem cepit, cum discipulum ex omnibus carissimum Gallum, praedicandi ibidem Evangelii studio detentum, nullis precibus adducere potuit ut secum abiret. Ergo, ei subiratus, Mediolanum contendit sanctissimus senex; qui ubi, suffragante Theodolindae pietate, quae ingratam in eius animo memoriam Brunechildis abstergebat, Agilulfi regis munificentia compos factus est accommodatissimi ad monasterium aedificandum loci, statim manum operi admovit adeo strenue, ut non modo aedificii structuram moderaretur, sed etiam, quamvis aetate affectus, per abruptos montis calles, immania pondera comportando, ipse structores adiuvaret. Non licuit ei quidem operi fastigium imponere: anno enim post, quam illud inchoaverat, ad caelestem mercedem evocatus est; sed alumnis disciplinae suae, quos longe plurimos suoque ipsius spiritu animatos relinquebat, rem absolvendam diligentissime commendavit. His igitur omni ope enitentibus, illud perfectum est Bobiense coenobium, christianae poenitentiae ceterarumque virtutum cultu ac doctrinae studiis nobilissimum, quod, dubitari non potest, quin plura saecula in Italia superiore parem Cassinati dignitatis gradum obtinuerit. Numquam vero fiet, ut apud doctos in oblivione iaceat bibliotheca Bobiensis, quae tot tantaque litterarum monumenta ab interitu vindicavit. Ea quidem initio ex pretiosis reliquiis composita vetustiorum bibliothecarum, illius maxime – ut nonnulli opinantur – quam in usum Vivariensis coenobii sui Cassiodorus condiderat, eademque quotidiano deinceps monachorum labore et industria, unde *Scriptorium Bobiense* tantopere nobilitatum est, atque etiam piorum hominum largitionibus aucta, in quibus clarissimus Dungalus dignus est qui memoretur, adeo sensim locupletata est, ut, vel postquam iniquitate temporum monasterium tam illustre deperierat, ex eius copia codicum plures tum Italiae tum exterarum gentium bibliothecae egregias plane accessiones acceperint. In quo haud mediocris habenda est gratia Paulo V et Friderico Borromaeo, Cardinali, Archiepiscopo Mediolanensi, Nostris decessoribus, quorum alter in Vaticana alter in Ambrosiana bibliotheca quam maximum Bobiensium codicum numerum, summo studio vigilantiaque, conservandum curaverunt.

Iam vero si qui sunt, quos conveniat Columbani memoriam pie reli-

gioseque colere, ii sunt maxime Bobienses cives, qui sanctissimo Abbati debent omnia, quem non modo celebritatis ac nominis, quo florent, auctorem, sed etiam suae civitatis conditorem habent, proptereaque praecipuum suum Patronum apud Deum. Neque enim quisquam ignorat, quam vallem *fluviolus Bobius* irrigat, eam ante Columbanum incultam fuisse adeo ac desertam, ut nulli ferme eo nisi lignatores ferarumque venatores accederent; et hanc ipsam quidem ob causam illum solitariae vitae amatorem ibi consedisse: ex quo autem Columbanianum steterit coenobium, sensim esse faciem loci commutatam, cum casae circum villulaeque aedificarentur; unde urbs denique episcopalis exstiterit. Videmus igitur Bobienses, ut est consentaneum, impulsore perdiligenti venerabili fratre Petro Episcopo, cum hypogeum, in quo, una cum viginti sex sanctis discipulis, Columbanus requiescit, nuper in pristinum restituerint, studiose dare operam, ut natalis eius solemnitatem mox quam maximo caeremoniarum splendore concelebrent.

Haec autem sollemnia Apostolicae potestatis munere vel augustiora reddere ac fructuosiora Nobis libet, ideo praesertim, ut appareat et quanti hoc Ecclesiae sanctae lumen faciamus, et quanta benevolentiae caritate nationem Hiberniensem Nos amemus. Quare cum Bobii per eos faustos dies velimus adesse qui Nostram personam gerat, tibi, dilecte fili Noster, hoc mandamus officii, ut iisdem sollemnibus Legatus Noster intersis. Ipse autem, postquam sacrum, pontificali ritu, peractum erit, adstantibus, auctoritate Nostra, benedices, plenariam proponens peccatorum remissionem, usitatis condicionibus lucrandam. Cuius ipsius indulgentiae semel particeps volumus esse, quicumque sancti Columbani sepulcrum per triduanas supplicationes aut anno vertente visitaverint.

Denique, ne Monasterii Bobiensis unquam apud homines recordatio intercidat, statuimus ut Episcopus Bobiensis *pro tempore* « Abbas sancti Columbani » honoris causa appelletur: id quod Nostris verbis venerabili fratri Petro ipse significabis.

Equidem confidimus Columbanum, coniunctis Bobiensium et Hibernorum studiis celebratum, utrisque peculiari modo divinae benignitatis munera conciliaturum esse: quorum Nos auspicem, itemque benevolentiae Nostrae paternae testem, eis omnibus, primum autem tibi, dilecte fili Noster, et eidem venerabili fratri, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IV mensis augusti MDCCCCXXIII, Pontificatus Nostri anno secundo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

COMUNICATO

Si rende noto che l'ex p. Gerardo Cavallo da Francavilla Fontana, della diocesi di Oria, con formale sentenza del Supremo Sacro Tribunale del Sant'Uffizio (can. 2305, § 3, del Codice di diritto canonico), è stato condannato alla pena della degradazione.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

MONASTERIEN.

DE IURISDICTIONE IN TERRITORIUM SEPTENTRIONALE OLDENBURGENSE

DECRETUM

Ad omne amovendum dubium circa extensionem iurisdictionis Episcopi Monasteriensis in territorium septentrionale Oldenburgense, idem Episcopus humiliter rogavit SSm̃um Dn̄um Nostrum Pium PP. XI, ut definiret seu declararet iurisdictionem in paroeciam Oldenburgensem, quatenus comprehendit totum territorium quod iam ab anno 1831 ad ducatum Oldenburgensem pertinebat, nec non in duos principatus seu comitatus *Kniphausen* et *Varel* qui eodem ducatu inde ab anno 1854 continebantur, propriam esse Episcopi Monasteriensis, ita nempe ut iuridicum et absque omni dubitationis alea fieret ius, quod Episcopi Monasterienses hactenus de facto ibi exercuerunt. Porro, quum haec definitio seu declaratio in bonum evidenter vergat animarum, Sacra haec Congregatio, de mandato SSm̃i Dn̄i, praesenti decreto declarat ac statuit iurisdictionem in memorata territoria ad Episcopum Monasteriensem spectare; praevia, quate-

nus opus sit, sanatione quoad praeteritum tempus omnium quae sanatione indigeant. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Congregatione Consistoriali, die 20 iunii 1923.

✠ C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

† Fr. Raphaël C., Ep. Volaterran., *Adsessor.*

II

CURITYBENSIS ET BOTUCATUENSIS

COMMUTATIONIS PORTIONIS TERRITORII

DECRETUM

Postulante Episcopo Curitybensi ut, consentiente iam Episcopo Botucatuensi, pro maiore fidelium bono, suae dioecesi in perpetuum aggregetur quaedam territorii portio ad dioecesim Botucatuensem spectans, et ex Statu S. Pauli civiliter attributa Statui de Paranà per decretum Exmi Praesidis Brasilianae Reipublicae diei 14 decembris 1922, n. 4616, adeo ut fines utriusque dioecesis in posterum finibus civilibus respondeant, SSmus D. N. Pius PP. XI, suffragante apostolico Nuntio in republica Brasiliana, oblatis precibus annuendum esse censuit. Quamobrem, de Apostolicae potestatis plenitudine ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, per praesens consistoriale decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent, statuit ut memorata territorii portio, a dioecesi Botucatuensi, uti supra, civiliter distracta, unita atque aggregata perpetuo maneat dioecesi Curitybensi cum omnibus et singulis fidelibus, paroeciis et locis piis ibidem existentibus. Atque ad haec exsecutioni mandanda idem SSmus Dnus deputare dignatus R. P. D. Henricum Gasparri, Archiep. Sebastensem, in republica Brasiliana Apostolicum Nuntium, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere intra sex menses, a data praesentium computandos, ad hanc Sacram Congregationem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae. Contrariis quibusvis, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 iulii 1923.

✠ C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

† Fr. Raphaël C., Ep. Volaterran., *Adsessor.*

III

MARIANNENSIS ET BELLOHORIZONTINAE

COMMUTATIONIS FINIUM

DECRETUM

R. P. D. Helvetius Gomez de Oliveira, Archiepiscopus Marianneusis, annuente Episcopo de Bello Horizonte, postulavit ab Apostolica Sede ut actuales limites suarum dioecesium ita immutarentur, pro maiore episcopalis administrationis commodo, ut paroeciae: 1° B. M. vulgo *de Villa Nova de Lima;* 2° S. Antonii, vulgo *do Rio Acima;* 3° B. M. V. a Pietate, vulgo *de Paraopeba;* 4° S. Caietani, vulgo *da Moeda;* 5° B. M. V. Apparecidae, vulgo *do Claudio;* 6° semi-paroecia B. M. V., vulgo *do Ribeirão Vermelho,* et 7° capellania dicta *de Tabocas,* quae duo circiter et triginta millia incolarum complectuntur, ab archidioecesi Mariannensi, cui spectant, dismembrentur et dioecesi Bellohorizontinae cum eius territoriis, oratoriis, locis piis et fidelibus uniantur; item paroeciae: 1° B. M. V. vulgo *das Brotas de Entre Rios;* 2° S. Blasii Martyris, vulgo *de Suassuhy* et 3° S. Gundisalvi, vulgo *de Ibituruna,* quae omnes triginta fere millibus incolarum constant, a dioecesi Bellohorizontina avellantur et archidioecesi Mariannensi in perpetuum uniantur una cum suis territoriis, locis piis, oratoriis et fidelibus. Porro SSmus D. N. Pius PP. XI, probe noscens id in bonum incolarum illorum locorum cessurum, oblatis precibus annuendum esse censuit. Quamobrem, suffragante Rmo Nuntio Apostolico et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, praesenti consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent, quinque numeratas paroecias, semi-paroeciam et capellaniam, cum omnibus et singulis fidelibus ibi existentibus archidioecesis Mariannensis, ab ea separat et dioecesi Bellohorizontinae in perpetuum coniungit; similiter tres numeratas paroecias dioecesis Bellohorizontinae ab ea separat et in perpetuum archidioecesi Mariannensi cum omnibus et singulis fidelibus unit. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Ssmus Dnus deputat R. P. D. Henricum Gasparri, Archiep. Sebastensem et in republica Brasiliana Apostolicum Nuntium, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet ecclesiasticum virum in ecclesiastica dignitate constitutum,

cum onere mittendi ad hanc Sacram Congregationem, intra sex menses a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, 20 iulii 1923.

✠ C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

† Fr. Raphaël C., Ep. Volaterran., *Adsessor.*

IV

PROVISIONES ECCLESIARUM

Ss̃mus Dn̄us Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

8 iunii 1923. — Cathedrali Ecclesiae Piahunensi praefecit R. D. Severinum de Mello, canonicum metropolitanae ecclesiae Olinden.-Recifensis.

20 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Isauriensi, R. D. Iosephum Pais, deputatum Administratorem Apostolicum dioecesis Mangalorensis.

21 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thenarensi, R. P. Sabbam Sarasola, O. P., deputatum Vicarium Apostolicum de Urubamba et Matre Dei.

27 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Orthosiensi, R. P. Columbanum Dreyer, O. F. M., Vicarium Apostolicum de Rabat.

9 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Tergestinae, R. D. Aloisium Fogar, rectorem Seminarii archiepiscopalis Goritiensis.

13 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Gallovidiensi, R. P. D. Thomam O'Doherty, hactenus Episcopum Clonfertensem.

20 iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Pompeiopolitanae, R. P. D. Franciscum M. Cervera, O. F. M., hactenus Episcopum Phessitanum.

24 iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Compostellanae, R. P. D. Emmanuelem Lago y Gonzalez, hactenus Episcopum Tudensem.

27 iulii. — Titulari Patriarchatui Indiarum Occidentalium, cui adnexum est officium Pro-Cappellani Maioris Sacrarii Regii Hispaniae et pro-Vicarii Generalis Castrensis Hispanici, R. P. D. Iulianum Diego et Garcia Ascoleo, hactenus Episcopum Salmantinum.

3 augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Leopoliensi latinorum, R. P. D. Boleslaum Twardwoski, hactenus Episcopum Thelmissensem.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

I

LITTERAE CIRCULARES

AD REVMOS EPISCOPOS, DE STATUTIS CAPITULARIBUS CONFICIENDIS VEL EMENDANDIS.

Quum Codex iuris canonici canone 410, § 1, decernat: « sua cuique « Capitulo statuta ne desint, ab omnibus dignitatibus, canonicis, bene- « ficiariis religiose servanda », huic praescripto plura quidem Capitula sive cathedralia sive collegialia laudabiliter obtemperare sollicita fuerunt, sua statuta concinnando vel corrigendo.

Constat tamen alia haud pauca adesse Capitula, quae vel antiquis statutis aut solis consuetudinibus, quandoque lege reprobatis, adhuc reguntur. Quare haec Sacra Congregatio Concilii, cuius est moderari quae canonicos spectant, Episcopis mandat ut quisque proprio Capitulo terminum praestituat sex mensium ad sua statuta conficienda vel ad iuris tramitem emendanda; quo tempore frustra elapso, ipse Episcopus « eadem confi- « ciat imponatque Capitulo ».

Vix autem transacto ab his litteris anno, Episcopi eamdem Sacram Congregationem certiorem reddant de confectis aut emendatis statutis capitularibus deque eorum observantia.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Concilii, die 25 mensis iulii anno 1923.

D. CARD. SBARRETTI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Subsecretarius.*

II

TURONEN.

RECOGNITIONIS CONCILII PROVINCIALIS

DECRETUM

Quum Codex iuris canonici canone 290 praescribat ut « Patres in « Concilio provinciali congregati studiose inquirant ac decernant quae ad « fidei incrementum, ad moderandos mores, ad corrigendos abusus, ad

« controversias componendas, ad unam eamdemque disciplinam servan-
« dam vel inducendam, opportuna fore pro suo cuiusque territorio videan-
« tur »; haec omnia maxime solliciti praestare curarunt Episcopi ecclesiasticae provinciae Turonensis in Gallia, qui, ipso Archiepiscopo praeside, in ecclesia a S. Martino tantopere illustrata, coadunati sunt. Acta autem et decreta Concilii Provincialis, omni diligentia et studio absoluta, idem Turonensis Archiepiscopus iudicio Sanctae Sedis pro canonica revisione ac recognitione, uti par erat, reverenter subiecit.

Quare Emi Patres huius Sacrae Congregationis Concilii, maturo examine instituto, in plenariis comitiis diei 14 iulii 1923, memorata Concilii provincialis Turonensis decreta, nonnullis tantum emendationibus inductis, plene recognoverunt, firmam spem foventes ex eorum observantia magnum religioni et animarum saluti emolumentum obventurum.

Facta autem de his omnibus relatione Ssmo Domino nostro Pio Pp. XI in audientia diei 16 eiusdem mensis iulii, Sanctitas Sua Emorum Patrum resolutionem libenti animo approbare et confirmare dignata est, atque hac super re praesens edi iussit decretum.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Concilii, die 18 mensis iulii anno 1923.

D. Card. Sbarretti, *Praefectus.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Subsecretarius.*

III

DIOECESIS *N.*

RENUNTIATIONIS PAROECIAE

Die 11 novembris 1922

Species facti. – Quum adversus quemdam parochum dioecesis *N.* nonnulla emersissent quae causam remotionis negotio dare videbantur, Ordinarius eum invitavit ad renuntiationem faciendam, propositis nomine « conditionum » quibusdam capitibus, ex quibus praecipuum illud erat ut, postquam renuntiatio plenam exsecutionem nacta fuisset, *reservaretur* parocho renuntianti *pensio ad eius vitam*, non excedens tertiam redituum beneficii partem. Post brevem inter utrumque disceptationem, eadem die actus renuntiationis, in quo praefata inter alias « conditio » legebatur, a parocho subscriptus est. Verum, paucis interiectis diebus, ad Apostolicam Sedem parochus recursum interposuit, postulans nullam declarari praedictam renunciationem, utpote can. 1486 et 1429 aperte

reprobatam; nempe ex can. 1486: « Dimissionem beneficiorum ... sub « aliqua conditione, *quae beneficii redituum erogationem attingat*, Ordi- « narius admittere nequit »; atque ex can. 1429: « Beneficiis *quibuslibet* « nequeunt Ordinarii locorum *pensiones perpetuas aut temporarias impo- « nere quae ad vitam pensionarii durent* ». Quibus positis, instanter postulavit in plenario Emorum Patrum coetu proponi dubium: *An constet de nullitate renunciationis in casu.*

ANIMADVERSIONES. – Prouti ex praemissis perspicuum est, ex duabus causis deducitur in casu nullitas renuntiationis: altera, quia pensio constituta est *ad vitam pensionarii*, dum Episcopo non liceret nisi « impo- « nere pensiones temporarias, quae durent ad vitam *beneficiarii*, salva « huic congrua portione », ex claro praescripto can. 1429 § 1; altera, quia renuntiatio nonnisi sub *conditione* reservationis pensionis in casu facta est, quae cum sit profecto « conditio redituum erogationem attingens », nequit ab Ordinario admitti, prohibente explicito textu can. 1486; quapropter, cum can. 2150 § 3, statuens: « renuntiatio fieri potest ... etiam « sub conditione », subdat « *dummodo* haec ab Ordinario legitime *acce- « ptari possit* », perspicuum videtur renuntiationem in casu, admissam sub conditione quae ab Ordinario acceptari *non* poterat, esse omnino invalidam (arg. ex can. 39).

Verum contra primum stat quod in eodem can. 1429 sub § 2 legitur: « Beneficiis autem paroecialibus non possunt nisi in commodum parochi « abeuntis imponere pensiones, quae tamen non excedant tertiam partem « reditus paroeciae, quibusvis deductis expensis et incertis reditibus ». In hoc enim canone facultas imponendi pensiones in commodum parochi abeuntis non alia limitatione coarctatur, quam ea ut quantitas pensionis tertiam partem redituum non excedat. Nec iuvat opponere hanc limitationem superaddi ei quae praecedenti paragrapho praescripta erat; quia, e contrario, ut ex contextu plane liquet, § 2 *exceptionem* manifestam continet a norma statuta § 1, et ideo casus § 2 expressus censeri debet *subductus* a norma praecedenti. Id non solum insinuatur initialibus verbis: « § 1. Beneficiis quibuslibet ... § 2. Beneficiis autem paroecialibus », unde evidens fit in § 1 agi solummodo de beneficiis non paroecialibus; sed etiam necessario exigitur ex fine seu ratione § 2, prout explicitius declaratur can. 2154 § 1: « Amoto parocho ... Ordinarius ... pro viribus consulat, « sive translatione ad aliam paroeciam, sive assignatione alius officii et « beneficii, sive *pensione* »: agitur nempe de consulendo congruae clerici vitae substentatione, i. e. de provisione quae *ad vitam provisi*, in casu pensionarii, perduret.

Gravior, saltem specietenus, videtur altera quae adducitur causa invaliditatis: sed et ea in leves auras abit, si consideretur in casu non agi de vera et propria *conditione* reservationis. Enimvero *in facto* est pensionem in casu primum proposuisse Episcopum, parochum vero eam *acceptasse* solummodo, sicut obtorto collo acceptare debuit renuntiationem; hinc, accurate loquendo, dixeris non tam cedentem sibi pensionem *reservasse*, quam Episcopum eamdem ei constituisse. Immo, *in iure*, nec potuisse parochum veram conditionem ponere pensionem dicendum est, quandoquidem, lege iubente, negotium provisionis et negotium remotionis adeo distincta et separata esse debent, ut nequeant uno consensu comprehendi, nec ideo unum ab altero pendere potest: cfr. *Maxima cura*, 28 § 3: « In quo« libet casu quaestio de *futura* provisione sacerdotis, non debet commisceri « cum quaestione de *praesenti* amotione a paroecia ». Ideoque, etsi voluisset parochus veram conditionem praesenti renuntiationi futuram pensionem ponere, ne valuisset quidem, obstante lege. Demum attendi etiam debet ratio ex qua can. 1486 procedere videtur, cum reservationem pensionis inhibet: nempe periculum simoniae iuris *ecclesiastici* quae in ea reservatione, sicut in ceteris eodem canone recensitis, committi potest (cfr. Bened. XIV, const. *Quanta*, 14 sept. 1722). Atqui in casu renuntiationis paroeciae, ob bonum procurandum animarum, huiuscemodi species simoniae iampridem sublata fuisse constat, cum decreto *Maxima cura*, can. 28 § 2, iam explicite permitteretur: « Potest Ordinarius in ipsa invita« tione ad renuntiandum, vel pendente amotionis negotio... provisionem « proponere et indicare, si expediens iudicaverit ».

Hisce omnibus perpensis, sane liquet nullam quidem causam subesse invaliditatis renuntiationis ut in casu perhibetur emissae: consultius tamen Ordinarii ab his et similibus pactionum cum suis subditis speciebus in amotionis negotio pro viribus abstinebunt, quippe quae et nulla iam necessitate urgeri et officii dignitatem laedere quodammodo videantur.

Quare, etc.

Resolutio. — Die 11 novembris 1922, Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis in Palatio Vaticano habitis, respondendum proposito dubio censuit: *Negative.*

Facta postmodum de praemissis SSmo Dño Nostro Pio PP. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctissimus datam resolutionem approbare et confirmare dignatus est.

I. Mori, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

DUBIUM seu DECLARATIO

DE RECURSU CONTRA DECRETUM DIMISSIONIS RELIGIOSI PROFESSI A VOTIS TEMPORARIIS.

Sacrae Congregationi de Religiosis propositum fuit sequens dubium pro opportuna solutione.

« Cum in can. 657, § 2 sancitum sit, ut Religioso professo votorum tem-« porariorum qui a Superioribus dimissionis decretum recipit, sit facultas « recurrendi ad Apostolicam Sedem, et, pendente recursu, dimissio nullum « iuridicum habeat effectum », quaeritur:

« Quale spatium temporis concedatur ad recursum interponendum, « quoad effectum suspensivum? ».

Emi Patres Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 13 iulii 1923, re mature perpensa, respondendum censuerunt:

« Tempus utile ad interponendum recursum quoad effectum suspen-« sivum, de quo in can. 647, § 2, esse decem dierum ab intimatione decreti « religioso dimisso facta, iuxta normam traditam in similibus casibus, ut « can. 1465, § 1 et 2155, § 1, 2 ».

Facta autem relatione SS. D. N. Pio P. XI in audientia habita ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, die 17 iulii 1923, SSmus dubii resolutionem approbavit.

Ut autem omnis ambigendi locus tollatur, tam circa terminum huiuscemodi, quam circa ea quae exinde sequuntur, haec Sacra Congregatio sequentia prae oculis habenda et servanda animadvertit:

1. Recursum contra dimissionis decretum Religiosus interponere potest vel immediate per epistolam ad S. C. de Religiosis mittendam, vel mediate, videlicet per eum qui dimissionis decretum sibi communicavit.

2. Ad interpositi recursus probationem requiritur et sufficit vel authenticum documentum vel saltem duorum fide dignorum hominum testimonium.

3. Tempus utile decem dierum ab intimatione decreti Religioso facta supputandum erit ad normam can. 34, § 3, n. 3°, et ita ut non currat si dimissus recurrendi ius ignoret, aut agere non valeat iuxta dispositiones

can. 35; quapropter expedit ut Superior de praedicto iure et de limite temporis dimissum edoceat in actu ipso intimationis.

4. Recursus utili tempore interpositus effectum habet suspensivum; ideoque, donec decretum dimissionis a Sacra Congregatione de Religiosis confirmetur, ac de facta confirmatione Superior dimittens, authentico Sacrae Congregationis documento, edoceatur, dimissionis decretum nullum sortitur effectum, et exsecutioni demandari nequit.

5. Pendente recursu, dimissus adhuc est Religiosus, ideoque eisdem ac ceteri tenetur obligationibus et potitur iuribus, et eodem prorsus modo ac ante dimissionem. Quapropter in domo religiosa commorandi ius et obligationem habet, et sub Superiorum obedientia manere debet, firmo praescripto can. 2243, § 2.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 20 iulii 1923.

C. Card. Laurenti, *Praefectus.*

L. ✠ S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

II

APPROBATIONES

Ssmus Dñus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

4 iunii 1923. — Congregationis Belgicae monachorum O. S. B. sub titulo Annuntiationis B. M. V., *Constitutiones ad septennium, experimenti gratia, approbavit.* *

17 iulii. — *Institutum* Sororum a Sancta Resurrectione D. N. I. C. nuncupatum, cuius domus princeps sita est in Urbe, *et Constitutiones eius definitive approbavit.*

— Congregationis religiosae Sororum a Reparatione sub invocatione Sacrorum Cordium Iesu et Mariae Immaculatae nuncupatae, cuius domus princeps sita est Mediolani, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

— Institutum religiosum Sororum, vulgo « Sœurs de l'Assomption de la Sainte Vierge, de Nicolet » nuncupatum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Nicoletan., *laudavit.*

* Ita emendanda quae leguntur p. 359 ultimo loco.

III

INSTRUCTION

OR LIST OF QUESTIONS TO BE ANSWERED BY SUPERIORS GENERAL AND MOTHERS GENERAL OF INSTITUTES PROFESSING SIMPLE VOWS IN THEIR QUINQUENNIAL REPORT TO THE HOLY SEE.

Published first by the S. Congregation of Bishops and Regulars, revised and emended by the S. Congregation of Religious in conformity with the Code of Canon Law. [1]

PREAMBLE.

1. State what Decrees of Approbation or of Praise the Institute has received from the Holy See, and when received.

2. What is the end or particular scope of the Institute.

3. Has the name assumed by the Institute at its beginning, or the scope, or the habit of the members been subsequently in any way altered, and, if so, by what authority.

4. How many classes of religious are in the Institute. What vows are pronounced by them.

5. * How many members have been clothed in the habit of the Institute since its beginning up to the present, or at least during the past twenty years.

6. * How many members have left the Institute since its foundation up to the present, or at least during the past twenty years, and when: whether during the novitiate, or after temporary profession, or after having made perpetual vows. Have there been any *fugitives* or *apostates*, and, if so, how many.

7. When was the last Report sent to the Holy See.

I. — CONCERNING THE PERSONS.

A) Concerning those received into the Institute.

8. How many postulants have been admitted since the last Report.

9. Have the testimonials required by law, but especially the testimonial letters, been obtained in each case:

a) for the men in general,

b) for the clerics,

[1] See *Acta Apostolicae Sedis*, XIV (1922), p. 278 and foll.

* The questions or parts of questions marked with an asterisk need be answered only in the first Report furnished after the promulgation of this Instruction.

c) for those (men or women respectively) who have been in a Seminary, College, or postulate or novitiate of another Institute; and have these testimonials been signed under oath.

10. Has any member been induced by any special means or device to enter the Institute; and especially have the Superiors availed themselves of the newspapers for this purpose.

11. Has sufficient information been also sought regarding their character and conduct whenever this seemed necessary or opportune.

12. How often and from what impediments or defects has a dispensation been necessary, and by what ecclesiastical Superior has it been granted.

13. Have all those for whom a postulancy is prescribed, made it. For the period prescribed. In a house where regular discipline is observed.

B) Concerning the Novices.

14. How many and which are the novitiate houses, and has each been erected by the authority of the Holy See.

15. How many novices have received the habit of the Institute since the last Report.

16. How many novices are now in the novitiate.

17. Are the novices kept duly apart from the Professed.

18. Have all of them a complete copy of the Constitutions.

19. Have all of them before profession spent an entire and continuous year in the novitiate house under the care of the Master of novices.

20. Is the Master of novices free from every office and duty calculated to interfere with the care and government of the novices.

21. Has the period of novitiate prescribed by the Constitutions ever been extended or shortened, if so, to what extent and by what authority.

22. Have the novices during the first year of novitiate attended exclusively to the exercises of piety, or have they been also otherwise employed and in what works.

23. Have the novices during the second year of novitiate (where two years are prescribed) been sent to other houses, and has the Instruction of the Sacred Congregation of Religious of 3 November 1921 been observed in this respect.

24. (*For Institutes of Sisters*). Has the Bishop or his delegate made the prescribed examination, and gratuitously, of the dispositions of the aspirants before their admission to the habit, to first temporary profession, and to final profession.

25. Has the cession of the administration of personal property and the dispositions concerning its use and usufruct been made, or otherwise properly arranged, before profession, as often as was necessary.

26. Have the novices before making profession of temporary vows freely

disposed by will of the property which they possessed at the time or which might subsequently come into their possession.

C) Concerning the Professed.

27. How many religious are there at present in the Institute:

a) with temporary vows,

b) with perpetual vows.

28. Have the temporary vows been always renewed at the proper time.

29. Have the religious been admitted in due time to perpetual vows on the expiration of the period of temporary vows

30. How many professed members and how many novices have died since the last Report.

D) Concerning those who have left the Institute and those who have been dismissed.

31. How many have left the Institute since the last Report:

a) of the novices,

b) of the professed on the expiration of the period of temporary vows,

c) during the period of temporary vows,

d) after having made perpetual vows.

32. Have the prescriptions of the Sacred Canons and the Constitutions of the Institute been always observed, according to the circumstances of each case, in the dismissal of members.

33. Has any one (except in the case of urgency treated of in Canons 653 and 668) been dismissed or left the Institute:

a) before having received from the Holy See, in the case of perpetually professed men, the confirmation of the sentence or decree; or, in the case of perpetually professed Sisters, before having received the decision of the same Apostolic See;

b) pending appeal to the Holy See, in the case of those temporarily professed;

c) without first having obtained a dispensation, asked for by the religious himself, from the vows made.

34. (*For Institutes of Sisters*). Has the entire dowry, however constituted, been returned to those who, for whatever reason, have left the Institute, as well as the equipment which they brought with them to the Institute and in the state in which it was at the time of their departure.

35. Has the Institute, in the case of those who, received without a dowry and incapable of providing for themselves from their own resources, have left the Institute, furnished them out of charity, on the occasion of their departure, with the means necessary for returning home safely and becomingly and for maintaining themselves decently for some time.

II. — CONCERNING THE MATERIAL THINGS.

A) Concerning the Houses.

36. How many houses has the Institute, and in what Dioceses are they situated. Has it Provinces, and, if so, how many.

37. Have any new houses been opened since the last Report, and, if so, how many; has the proper authorisation been obtained in every case, and has the mode of procedure prescribed by the Constitutions been observed.

38. How many religious of the different classes reside in each house, and (in case the Institute has charge of different works) in what works are they employed.

39. Has any house been suppressed since the last Report, and by whose authority.

40. Has each religious his own cell, or at least has each in the common dormitory his own bed becomingly separated from all the others.

41. Is there a separate place with all the necessary conveniences for the care of the sick.

42. Are there rooms for the reception of guests in each house, and adequately separated, as is proper, from the religious community.

43. (*For Institutes of Sisters*). Has the dwelling of the chaplain or confessor a separate entrance, and has it any communication with that of the Sisters.

B) Concerning the Finances.

44. What has been the yearly income and expenses since the last Report:
a) of the Institute in general,
b) of each house.

45. Since the last Report, has the Institute in general or any particular house acquired new moveable or immoveable property, and what is its value.

46. Has the money been always invested profitably, properly and safely.

47. Has any loss of property or damage thereto been sustained since the last Report, and, if so, how and to what extent.

48. Has any immoveable property or precious moveable property been alienated, to what value and by what authority.

49. Has any part of the resources which constitute the *capital* been spent.

50. Is the Institute in general or any particular house burdened with debts, and to what extent.

51. Have any new debts been contracted since the last Report, to what extent, and by what authority.

52. Are the temporal goods, both of the whole Institute as well as of each Province and each house, being administered by bursars duly appointed according to the prescriptions of the Sacred Canons and of the Constitutions.

53. Have the bursars, both general and local, rendered an account of their administration at the prescribed times; and have such accounts been examined and approved according to the manner prescribed.

54. Are there any disputes concerning the property.

55. Are the monies and other precious articles carefully guarded according to determined rules and the prescriptions of the Constitutions.

56. Has any money or precious articles been accepted on deposit from seculars for safe keeping, and on what conditions.

57. (*For Institutes of Sisters*). Have the dowries of the Sisters been placed, with the consent of the local Ordinary, in safe and profitable investments according to Canon Law; and has any part of them been used to defray expenses; and, if so, how much, in what manner, and by whose permission.

58. Are there any pious legacies or foundations in the Institute, either for the celebration of Masses or the performance of works of charity; and what are they.

59. Have such obligations been faithfully fulfilled.

60. Has the money by which such foundations have been made been duly invested and administered separately from all other funds.

61. Has an account of these foundations been rendered to the Bishop in accordance with the prescriptions of the Sacred Canons.

62. How much of the net income of each house has been contributed at the end of each year to the common fund of the Institute.

63. Have such contributions been made by all willingly or unwillingly.

64. Has the superioress or the bursar any money of which she may freely dispose, even for the welfare of the Institute, without rendering an account of it.

III. — Concerning the discipline.

A) *Regarding the religious life.*

65. Are the exercises of piety carefully performed in each house as prescribed for each day, month, year, or for other times.

66. Do all the religious assist daily at the holy Sacrifice of the Mass.

67. Can all the religious be present at the community exercises, and are those who are occasionally, on account of domestic occupations, dispensed from any community exercise granted at least the time to perform it privately.

68. Are the canonical prescriptions observed:

a) with regard to not exacting a manifestation of conscience,

b) with regard to sacramental confession,

c) with regard to the frequency of Eucharistic Communion.

69. Have the confessors been designated according to the prescriptions of the law; have any abuses crept in, and what are they, either on the part of the Superiors limiting the liberty granted by the law, or on the part of the subjects abusing that liberty.

70. Has the ordinary confessor, for the Institutes of Sisters, been changed in all the houses every three years, or confirmed by lawful authority.

71. Are the prescriptions concerning the enclosure to be observed in the part of the house reserved to the religious, faithfully complied with.

72. Are the religious permitted to go frequently to the parlour, and are the Constitutions observed in this matter.

73. Do the Superiors, except in the case of necessity, give a companion to the religious who go outside the house.

74. Are catechetical instructions and pious exhortations given to the lay-brothers and to the pupils, as well as to the servants or others living in the house, in what manner and at what times.

75. Do the religious publish any periodicals or collaborate in their publication, and have the established laws been observed in these matters as well as in the publication of books.

76. Do the religious use any books whether ancient or modern, even manuscripts, edited with the permission only of the Superiors of the Institute, and what are they.

B) On the observance of certain special laws.

77. Have all the prescriptions concerning the General Chapter been faithfully observed as to the:

a) letters of convocation,

b) election of delegates,

c) election of scrutators and secretary,

d) election of Superior-General,

e) election of General Councillors, Bursar-General and Secretary-General

78. Has full liberty been given to the religious to write or receive the letters which are exempted from the inspection of Superiors.

79. Has the law concerning the change of Superiors on the expiration of their period of office been faithfully observed. Have any dispensations from this law been sought, how many, and from whom.

80. Have the Superior General and the Provincials duly made the prescribed visitation of the houses.

81. Have the Superior General and the Provincial and local Superiors assembled their councillors at the prescribed times to treat with them concerning the affairs of the Institute, or of the Province or of the house.

82. Has due liberty been allowed to the councillors in the deliberations.

83. Have the elections in the General Council been made freely and according to the prescribed rules.

84. Is the common life everywhere observed; are the necessaries, especially as regards food and clothing, supplied by the Superiors to all the religious in a manner becoming paternal charity, and are there any who perhaps procure for themselves these things from outsiders.

85. Is the number of religious in any place so inadequate that these are overburdened with work with serious detriment to their health.

86. Is provision made that the sick want nothing of those things of which they have need according to the special condition of each, and that they be assisted with due charity in their corporal and spiritual necessities.

87. (*For Clerical Institutes*). How many years do the clerical students devote to the study of:

a) humanities,

b) philosophy, and

c) theology.

If the studies are made in the house, how many professors are engaged in teaching the different subjects.

88. Are the students or even the professors engaged in other occupations which distract them from their studies.

89. Have all the students:

a) completed the entire course of studies before leaving the house of studies,

b) duly completed the studies prescribed by Canon Law for the respective Sacred Orders before being promoted to these Orders,

c) Have all the other conditions prescribed by the Sacred Canons for admission to Orders (regarding the title of ordination, the dimissorial letters, &c.) been faithfully observed.

90. Has the law concerning the examination to be made by the new-priests annually, for at least five years, been observed.

91. Are the commercial pursuits forbidden by the Sacred Canons ever practised, likewise is any art or industry carried on which occasions more frequent intercourse with externs; and with what safeguards for the welfare of those religious engaged therein, as well as for the edification of outsiders.

92. Do the Superiors take care to promote among their subjects the knowledge and the execution of the decrees of the Holy See concerning religious; likewise are the decrees ordered by the Holy See to be read publicly, as well as the Constitutions of the Institute, so read.

C) *Concerning the Works of the Institute.*

93. To how many persons (or classes of persons) do the religious render benefit by the works to which, according to the scope of the Institute, they devote themselves.

94. Has the number of such persons increased or diminished since the last Report, state the reasons for it.

95. (*For Institutes that collect alms from door to door*):

a) Is the right or occupation of collecting alms from door to door clear and evident from the Constitutions;

b) are the prescriptions of the Sacred Canons and the decrees of the Holy See concerning this matter faithfully observed in all respects.

96. Have the Sisters in their houses hostelries or infirmaries for all kinds of persons, even of different sex, and, if so, with whose permission and with what safeguards.

97. Have the Sisters undertaken the care of the domestic affairs in seminaries or colleges or in any house whatever of ecclesiastics, and in what manner.

98. Do the Sisters perform certain works of charity (for example: caring for infants, or assisting at confinement cases or surgical operations) which seem unbecoming to virgins consecrated to God and wearing the religious habit.

99. Do the Sisters who assist the sick in private houses always use the precautions prescribed by the Constitutions.

100. Have the Superiors allowed the religious to sejourn in the houses of seculars, and for how long.

101. (*For Institutes of men*). Does the Institute either directly or indirectly retain or direct any Institute of Sisters aggregated to it or as it were dependent on it, and by what authority.

102. Since the last Report, has any new work or new kind of work been added to those already existing, and by what authority.

103. Have any abuses crept into the Institute or into any of its houses, and of what nature.

104. Do disputes or difficulties exist:

a) with the local Ordinaries,

b) with the confessors,

c) with the chaplains.

105. (*For lay Institutes of both sex*). Has the Institute houses, and where, in which are received as boarders children of either sex who frequent the public lay schools, and what schools do they attend, how and by whom is their religious instruction provided for.

The Report containing the replies to the above questions must, after mature examination, be signed not only by the Superior General or Mother General, but also by each of the Councillors or Assistants General. And, in the case of a Congregation of women, it must be signed also by the Ordinary of the place in which the Mother General with her Council resides.

Should any of these Councillors or Assistants think that the Holy See should be informed also of some matter of grave importance, he (or she) may communicate it by means of a private and secret letter. Let him, however, be mindful of his position, and know that his conscience will be gravely burdened if he dares to state in such a letter anything that is not true.

At Rome, from the Secretary's office of the S. Congregation of Religious, 25th of March 1923.

T. CARD. VALFRÈ DI BONZO, *Prefect.*

L. ✠ S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretary.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

INSTITUTUM VERONENSE FILIORUM SSMI CORDIS IESU IN DUAS CONGREGATIONES SEPARATUR.

DECRETUM

Sodales Instituti Veronensis Filiorum SSmi Cordis Iesu, qui ex diversis nationibus antehac congregabantur, huic Sacro Consilio de Propaganda Fide nuper retulerunt valde opportunum fore, ad incrementum eiusdem Instituti promovendum et ad concordiam animorum fovendam, ut potiusquam ipsi in distinctas provincias distribuerentur, pars sodalium italica, ab aliis seiuncta, sola remaneret, sicut ab initio fuit, itaque Institutum in duas separatas et independentes Congregationes divideretur: quarum altera complecteretur italos sodales simulque eos, qui vellent italis adhaerere ac nomen Instituti Veronensis retineret domumque principem Veronae haberet; altera vero colligeret sodales austriacos et germanicos ceterosque aliarum gentium qui cum ipsis se coniungi optarent. Hoc igitur negotium, attenta rei gravitate, Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sacrae huius Congregationis de Propaganda Fide Patrum examini atque iudicio in plenariis consiliis diei 27 mensis novembris anni 1922 propositum fuit; qui, adiunctis omnibus mature perpensis, propositam divisionem admittendam esse censuerunt, hac tamen mente: « Antequam divisio partis italicae Instituti Veronensis Filiorum « a SSmo Corde a parte austro–germanica exsecutioni demandetur, per « Delegatum a Sacra Congregatione de Propaganda Fide designandum, « definiantur omnes quaestiones sive oeconomicae sive alius generis, au« ditis interesse habentibus ».

Quam quidem sententiam Ssmus Dñus Noster Pius div. Prov. Pp. XI in audientia eiusdem diei ratam habuit et adprobavit.

Cum itaque Revmus P. Philippus Maroto e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V., Delegatus ab hac Sacra Congregatione, quaestiones omnes inter utriusque partis praelaudati Instituti sodales rite composuerit, ac ea, quae rem oeconomicam attingerent peculiari conventione ab utraque parte accepta et signata definiverit, ad exsequendam iam probatam eiusdem Instituti Veronensis divisionem per praesens decretum haec Sacra Congregatio procedit.

Institutum ergo Filiorum a SSmo Corde Iesu nuncupatum in duas separatas Congregationes religiosas, iuris quidem pontificii atque huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide subiectas, dividitur, quarum altera sodales italos eisque adhaerentes complectetur nomenque Instituti Veronensis nimirum: « Congregatio Filiorum SSmi Cordis Iesu pro « missionibus Africae centralis » cum ipsa Veronensi domo principe retinebit, altera ceteros sodales ex Austria et Germania praecipue oriundos comprehendet et nomen habebit « Congregatio Missionariorum Filiorum « SSmi Cordis Iesu »; utraque vero Congregatio Constitutiones nuper ab hac Sacra Congregatione recognitas, paucis pro diversitate Institutorum immutatis, accipiet, easque religiosissime servabit. Quod vero spectat ad bonorum temporalium proprietatem et administrationem conventioni iam ab utraque parte acceptae omnino standum erit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 27 mensis iulii, anni 1923.

pro E.mo Cardinali Praefecto
† Franciscus Marchetti-Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

pro R. P. D. Subsecretario
I. Stanghetti, *Off.*

II

PROVISIONES ECCLESIARUM

Decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, datis die 12 iunii 1923, Ssmus Dñus Noster Pius XI hisce nuper erectis in Indiis Orientalibus dioecesibus suos Pastores providere dignatus est, nimirum:

Cathedrali Ecclesiae Tuticorinensi praefecit R. P. Tiburtium Roche, S. I., e clero indigena dioecesis Trichinopolitanae sacerdotem.

Cathedrali Ecclesiae Calicutensi, R. P. D. Paulum Pierini, hactenus Episcopum Mangalorensem.

III

NOMINATIONES

Successivis decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide renuntiati sunt:

12 iunii 1923. — *Praefectus Apostolicus Islandiae*, R. P. Martinus Meulenburg, e Societate Mariae.

12 iulii 1923. — *Praefectus Apostolicus Insularum Celebes*, R. P. Walterus Janis, e Missionariis Ssmi Cordis Iesu.

4 iulii. — *Praefectus Apostolicus Nili Aequatorialis*, R. P. Antonius Vignato, e Congregatione Veronensi filiorum Sacratissimi Cordis pro Missionibus Africae centralis.

16 iulii. — *Praefectus Apostolicus de Gariep*, R. P. Franciscus Demont, ex Instituto Presbyterorum Ssmi Cordis Iesu.

IV

APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Ssmus Dñus Noster Pius Div. Prov. PP. XI:

8 iulii 1921. — Instituti Sororum Franciscalium Missionariarum Mariae, de Urbe, *Constitutiones* ad normas Codicis revisas *definitive approbavit.*

28 ianuarii 1923. — Instituti Sacerdotum B. M. V., vulgo *a Consolata*, Taurinensis archidioecesis, *Constitutiones*, ut supra revisas, *definitive approbavit.*

26 februarii. — Societatis seu Seminarii Parisiensis pro Missionibus exteris, *Constitutiones*, ut supra revisas, *definitive approbavit.*

12 martii. — Sororum Missionariarum a Spiritu Sancto, Metensis dioecesis, canonice erectum *Institutum approbavit.*

23 iunii. — Instituti Lugdunensis pro Missionibus Africae, *Constitutiones definitive approbavit.*

28 iulii. — Congregationis Immaculati Cordis B. M. V., vulgo *de Scheut* nuncupatae, *Constitutiones* revisas *approbavit.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

TURONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE POUSSEPIN, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM CARITATIS A PRAESENTATIONE B. M. V., DE TOURS.

Doardani in urbe, intra fines Turonensis dioecesis, ex piis honestisque parentibus Claudio Poussepin et Iulia Fourrier, die 14 octobris anno 1653, orta est infantula, quae eadem die in ecclesia parochiali S. Petri Apostoli sacro baptismate abluta, Ssmae Virginis Mariae nomen et patrocinium accepit. Domi catholica religione bonisque moribus instituta, succrescebat aetate et virtute, Deo et familiae dilectissima. Suavitas indolis, pietas in Deum, caritas in pauperes, amor et cura in parentes, ut plurimum infirmos, adulescentulae imponebant debitum et voluntarium sacrificium paterna in domo manendi, ut suae vitae instituto privatisque familiae necessitatibus satisfaceret. Interea ipsa, de consilio sui spiritualis moderatoris, tertio Ordini Sancti Dominici se adscripsit, assumpto nomine Catharina una cum regula et observantia, ad exemplum et praesidium sibi propositis sanctis virginibus eiusdem Ordinis Catharina Senensi et Rosa Limana. Anno aetatis suae vigesimo secundo amatam genitricem diuturno et gravi morbo afflictam amisit die 18 iunii 1675. Vehementer dolens de eius obitu, robur et solatium quaesivit, non minus in recogitanda sancta vita et pretiosa morte illius piae et carissimae matris, quam in propria divinae voluntati humillima subiectione: omnem impendere pergens curam et consolationem in genitorem per octo annos continuos morbo vexatum, quo ingravescente die 21 iulii anni 1683 obdormivit in Domino. Maria, triginta tunc annos agens, piis officiis erga dilectissimum patrem defunctum adimpletis, suae vocationis et missionis conscia, divitias hereditarias magna ex parte in misericordiae operibus elargita est, simulque, de aeterna animarum salute sollicita, plures ex eis

ad Deum adducere et convertere studuit. Piam sodalitatem condere exoptans, prima eius fundamenta posuit in *Angerville*, ubi, empta domo decenti, scholam aperuit tenuem et humilem ob paucitatem puellarum. Inde, de assensu sui moderatoris P. Francisco Mespolié, Ord. Praed., a divina clementia orationibus et poenitentiis exorata, quod in votis habebat, incrementum nascentis Instituti obtinuit in *Sainville*, quo Maria suum transtulit domicilium piumque opus. Nonnullis enim difficultatibus superatis, de licentia Episcopi loci Paulo Desmarets du Govet, scholam instituit, pluribus puellis sponte convenientibus, quas ipsa christianis mysteriis ac praeceptis imbuendas suscepit, inculcando verbis et exemplis timorem Dei, odium mali, et bonum virtutis cum operibus caritatis in proximum. Alumnae, christiana et civili educatione instructae, imitari coeperunt suam magistram, eiusque vitae rationem plures ex illis amplexae sunt. Unde Maria ampliorem domum acquisivit et, exeunte anno 1696, novitiarum numerum auxit. Paulo post Dei Famula prudenti consilio et regulari instrumento hanc domum Communitati donavit, simulque sacellum in ea aedificandum curavit, Sororibus locique incolis labores et operas ultro praestantibus. Vertente anno 1712 Soror Maria, gravi morbo correpta Deique ope sanata, enixe petiit atque obtinuit, quod maxime optaverat, in praedicto sacello Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservare et cum suis Sororibus quotidie et devote adorare. Una cum Sorore Agnete Revers, rei familiari addicta, sodalitatem gubernare perrexit, atque sui Instituti approbationem, ecclesiastica et civili auctoritate consentiente, summo animi gaudio excepit, die 24 iulii 1725. Pro recto Sodalitatis regimine ab ipsa Dei Ancilla Constitutiones exaratae sunt, et a viris doctis ac piis revisae et repertae dignae approbatione. Episcopus autem, paucis immutationibus inductis, et audito Sororum unanimi suffragio, eas ratas habuit et probavit die 5 martii 1738. Hisce praesidiis et patrocinio Beatae Mariae Virginis a Praesentatione munitum exstitit Institutum, Sorores tamen a Praesentatione non sunt appellatae, nisi quando, cessata rei publicae in Gallia seditione, ipsum Institutum fuit instauratum. Tunc Maria, quum sanis solidisque fundamentis suam Sodalitatem videret innixam atque in tuto et prospero statu positam, omnem eius curam et gubernationem praelaudatae Sorori Agneti Revers, uti Marthae, commisit. Ipsa vero, spiritualibus misericordiae operibus totisque viribus orationi et meditationi incumbens, uti altera Maria ad pedes Domini meliorem partem elegit; atque, ita Christo Domino serviens, permansit usque ad diem 24 ianuarii anni 1744. Illo tempore, quum ad annum sexagesimum religionis et nonagesimum vitae pervenisset, sacramentis Ecclesiae roborata, inter dilectas suas filias et Sorores flentes

et orantes, in osculo Domini quievit. Exsequiis rite persolutis, in Communitatis sacello exuviae humatae fuerunt, quae deinceps, in civitatem Turonensem translatae, in Sororum domus principis sacello depositae iacent. Ad sepulcrum Servae Dei Mariae Poussepin, Fundatricis Sororum Caritatis a Praesentatione Beatae Mariae Virginis, exstat apposita inscriptio quae sequentibus verbis concluditur: « Requiescat in pace – Vidit fecitque quod bonum erat – coram Domino rogavit – Vigilavit utique – et inimicus non superseminavit zizania – in medio domus suae ». Revera floridum eius Institutum progressu temporis adeo increvit, ut hodie Sorores a Praesentatione Beatae Mariae Virginis *de Tours* numero amplius duabus millibus et domus circiter ducentae in diversis Europae, Asiae et Americae regionibus disseminatae enumerentur: dum actuosa caritate sanctum Matris et Fundatricis propositum prosequuntur. Inquisitiones super fama sanctitatis Dei Famulae in vita et post obitum in dies magis clara et perseverante, variis iustisque de causis protractae sunt, usque dum, sub anno 1911, Archiepiscopus Turonensis manus apposuit probationibus super ea rite colligendis et Processui Informativo, auctoritate ordinaria, conficiendo. Actis processualibus expletis et ad Sacrorum rituum Congregationem transmissis, quum omnia in promptu sint, et, ex decreto S. R. C. diei 23 iulii 1919, nihil obstet quominus procedi possit ad ulteriora, instante R. P. D. Francisco Xaverio Hertzog, Protonotario Apostolico ad instar et huius Causae postulatore, attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Capitulorum cathedralium, Ordinum et Congregationum religiosarum, Societatum et virorum ecclesiastica vel civili aut militari dignitate praestantium, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostien. et Praenestinus, sacri Collegii Decanus et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 18 iunii 1923.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis

Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Poussepin, Fundatricis Instituti Sororum Caritatis a Praesentatione Beatae Mariae Virginis *de Tours*, die 27 eisdem mense et anno.

✠ A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

SINARUM seu TUSCULANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE ASSUMPTAE PALLOTTA, INSTITUTI SORORUM FRANCISCALIUM MISSIONARIARUM MARIAE.

Inter associationes mulierum a legitima auctoritate ecclesiastica approbatas, quae, praeter communia praecepta, evangelica consilia servanda suscipiunt, et, sub glorioso nomine, exemplo et patrocinio Beatissimae Virginis Mariae aliorumque Sanctorum, per subsecivum temporis cursum, sequuntur Christum Dominum in variis vitae contemplativae et activae statibus et officiis, et ad suam evangelicam perfectionem cum salute animarum constanter tendunt, non infimum tenet locum Franciscale Institutum Sororum, quae Missionariae a Maria nuncupantur atque spiritu et regula legiferi Patris Francisci omnigena caritatis officia in locis Missionum apud infideles ferventer exercent. E Sororibus huius Instituti hodie conspicua apparet Maria Assumpta Pallotta, de cuius Causa beatificationis et canonizationis introducenda coram hoc Sacro Ordine quaestio agitur. Eius ortus, vita, gesta et mors pretiosa, prouti acta processualia narrant, hic breviter summatimque describuntur. In oppido *Force*, dioecesis Montis Alti, ab honestis piisque parentibus Aloisio Pallotta et Euphrasia Casali, die 20 augusti anni 1878, ortum duxit Maria Assumpta, postridie baptizata et sacro chrismate linita die 7 iulii anni 1880. Eius mater et avia omnem adhibuerunt curam, ut succresceret docilis et pia. Sexennis incoepit scholam adire, sed, utpote prima ex quinque fratribus, non potuit diu studiis incumbere, rebusque domesticis utilem operam suam libenter dedit. Comis, obediens, modesta et actuosa, cognatis et notis, omnibus erat cara et iucunda. Duodecim annos agens ad sacram synaxim, diligenter praeparata, devotissime accessit.

Inde eius fervor pietatis et caritatis in Deum et proximum magis emicuit. Quotidie enim bis vel ter Sacris adstabat in templo, atque diebus dominicis in auxilium et sub directione parochi pueros et puellas elementa Doctrinae christianae docebat. Interim diebus ferialibus, laboribus et officiis quoque infimis vacans, aliquid emolumenti percipiebat, ut suae suorumque egestati subveniret, nunquam de sua humili conditione sollicita nec querens. Saepe invitabat laborum socias et amicas, sponte faventes, ad orationem, potissimum Rosarii Marialis, et ad pia colloquia et lectiones de mysteriis Domini, de virtutibus et beneficiis Beatae Mariae Virginis et de exemplis Sanctorum, ad hunc etiam finem, ut removeret et praeveniret scandala, otium pravum et loquacitates vel cantilenas noxias vel minus decentes. Hisce bonis operibus adiungebat macerationes, poenitentias et ieiunia, quae triduo per singulas hebdomadas fideliter observabat quatuor annis postremae suae commorationis in paterna domo: quibus modis, corpus suum in servitutem redigens, ad perfectiorem vitae statum amplectendum se disponebat. Casus adversos, suspiciones ac difficultates per plures menses usque ad vigiliam introitus in religionem ipsa passa est, sic permittente Deo ut eius constantiam in vocatione religiosa probaret. Tandem, voti compos effecta, die 5 maii anni 1898, Maria Assumpta Institutum Sororum Franciscalium Missionariarum a Maria est ingressa, et, postulatu peracto, vestem religiosam recepit. In domo novitiatus loci Cryptaeferratae, vulgo *Grottaferrata*, Tusculanae dioecesis, tyrocinio laudabiliter expleto, Romae prima vota emisit, die 8 decembris anni 1900. Deinde in religiosa domo Florentina, ad quam missa fuerat, vota perpetua die 13 februarii anni 1904 nuncupavit, ibique mansit usque ad mensem martium eiusdem anni. In tribus illis locis humilis ancilla, sicut flos subter herbiculas, suavitates odorum suarum virtutum afflavit, benevolentiam et existimationem Superiorum et Sororum sibi concilians. Ipsi Superiores, quibus desiderium se in loca missionum conferendi patefecerat, paulo post annuerunt, eorumque iussu, die 19 martii ipsius anni 1904, navim conscendit, ut regionem Sinensem peteret. Ante discessum Antistita sic eam allocuta est: « Quam pulcra gratia tibi contingit! Per« gisne libenter in eundem locum, ubi Sorores nostrae martyrium subie« runt? » Et Maria respondit: « Utique; perinde ac manerem Florentiae, « si Iesus ita vellet ». Ad missionem *Sciansi* una cum Sororibus designatis recto itinere pervenit, atque, mense transacto in loco *Ce-fu*, petiit *Tung-eul-keu*, ubi permansit usque ad obitum. Illic idem vitae genus gessit quod in Italia peregerat, officiumque suum sedulo adimplebat, Deo servire cogitans. Constanter hilaris et numquam turbata, Sorores adiutrices alliciebat ad Salutationem angelicam secum recitandam vel canen-

dam, atque cum iis preces et opera divinae Maiestati offerebat pro paganorum et peccatorum conversione, pro iniuriarum Deo inlatarum reparatione et pro animarum in Purgatorio degentium suffragio, quas etiam adiuvare solebat centum *Requiem* recitando et indulgentias Ecclesiae applicando. Suam vero voluntatem divinae voluntati plane conformem ostendebat ingeminans: *Fiat! fiat!* Quo studio et ardore in se et in sodales amorem Dei et proximi foveret et pietatem erga praecipuam patronam et matrem Beatissimam Virginem Mariam, testantur ipsae sodales in Processu, quae eius humilitatem, obedientiam, caritatem aliasque virtutes maxime collaudant. Verum post unum tantum in Missionis loco commorationis annum, Maria Assumpta in finem vitae vergit. Etenim repente lethali morbo, tunc illis in locis grassante, et febri quam *typhon* medici vocant, corripitur. Digna iam erat quae audiret a Christo Domino: « Veni, sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dominus praeparavit in aeternum ». Paucos post dies, ingravescente morbo, omnibus Ecclesiae sacramentis refecta ac roborata, hora fere septima post meridiem, die 7 aprilis anni 1905, aetatis suae septimo post vigesimum, Maria Assumpta, Sororibus peramanter valedicens, totam Sacratissimo Cordi Iesu se commisit et ad caelestes divini Agni nuptias laetissima evolavit. Excelsus Deus, qui humilia respicit in caelo et in terra, famulos et ancillas suas etiam in terris honorare dignatur per memoriam et benedictionem militantis Ecclesiae suae. Quod revera obtigisse videtur Sorori Mariae Assumptae, cuius fama sanctitatis, virtutum et miraculorum in genere, in vita incepta, post obitum magis in dies clara, diffusa et constans perhibetur. Unde inquisitionibus super ea in Curia Tusculana aliisque in locis Ordinaria auctoritate instructis et absolutis, Romamque ad sacrorum rituum Congregationem delatis, iuxta morem iurisque ordinem, revisione scriptorum Servae Dei peracta et relata, Sacra eadem Congregatio die 23 ianuarii 1918 decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit. Quare, instante R. P. Antonio Maria Santarelli, Ordinis Fratrum Minorum et huius Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Capitulorum, Ordinum et Congregationum religiosarum aliorumque piorum christifidelium utriusque sexus, enixe rogantibus Rmo P. Bernardino Klumper, Ord. Fr. Min. Ministro Generali, atque Antistita et Consilio Generali Instituti Franciscalis Missionariarum Mariae, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Camillus Laurenti, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Cau-*

sae, in casu et ad effectum, de quo agitur? Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, S. Fidei Promotore generali, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: ***Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 24 iulii 1923.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Assumptae Pallotta, Instituti Sororum Franciscalium Missionariarum Mariae, die 25 eisdem mense et anno.

✠ A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

COMUNICATO

Da diverse parti si chiede al Comitato Direttivo dell'Esposizione Missionaria Vaticana se quegli Istituti e quelle Associazioni che preparano ed offrono arredi sacri (biancherie, vasi e vesti sacre, libri liturgici, ecc.) potranno partecipare all'Esposizione stessa inviando all'uopo quanto sarà loro dato di preparare e di disporre a favore delle Missioni.

Il Comitato, mentre è lieto di constatare tale nobile slancio, non è in grado di accettare la proposta. Ed infatti l'Esposizione del 1925 è destinata a mostrare quanto si fa *nelle* Missioni e non ciò che da generose e pie associazioni si fa *per le* Missioni.

Tuttavia, affinchè gli Istituti e le Associazioni in parola ricevano quell'incoraggiamento che ben meritano e perchè la loro operosità sia anche resa pubblica, il Comitato ritiene che sarà assai utile se esse vorranno far compilare tabelle e diagrammi, che saranno collocati nei locali dell'Esposizione, da cui in modo chiaro apparisca l'attività delle Associazioni stesse e il loro incremento.

Nel partecipare quanto sopra il Comitato spera che, come negli altri campi di operosità missionaria, anche in questo s'intensifichi il lavoro e lo zelo, poichè le necessità delle Missioni sono immense, ed invita coloro che desiderassero conoscere dove i bisogni sono più urgenti, a rivolgersi per ciò alla Sacra Congregazione di Propaganda Fide e a mettere eventualmente a disposizione della medesima quanto volessero far pervenire a Missioni povere o sprovviste di sacri arredi.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 17 luglio 1923, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Vittorio Amedeo Ranuzzi de Bianchi, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Bartolomeo Maria Dal Monte, Sacerdote secolare ed Istitutore della Pia Opera delle Missioni, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria*, per discutere il dubbio sopra tre miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Venerabile, i quali vengono proposti per la sua beatificazione.

Martedì 23 luglio 1923, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) riassunzione della Causa di canonizzazione della Beata Teresa del Bambin Gesù, Religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi nel Monastero di Lisieux;

2) introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria Assunta Pallotta, Religiosa professa dell'Istituto delle Suore Francescane Missionarie di Maria;

3) intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Francesco da Picciano, Laico professo dell'Ordine dei Frati Minori.

Martedì 7 agosto 1923 nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Suor Maria Bernarda Soubirous, della Congregazione delle Suore di Carità e dell'Istituzione Cristiana *de Nevers*.

Martedì 14 agosto 1923, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie Filippini, come dal nome di essa, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria*, nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroicità delle virtù esercitate dalla stessa Ven. Serva di Dio.

SACRA ROMANA ROTA

AVVISO

Si rammenta a quanti vi abbiano interesse, che il tempo utile per le iscrizioni allo Studio presso questo Sacro Tribunale nel prossimo anno giuridico, decorre esclusivamente dal 10 ottobre al 30 novembre 1923.

F. Cattani-Amadori, *Pro-Decano*.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

6 luglio 1923. L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore delle Pie Madri della Nigrizia.*

8 » » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore delle Carmelitane del Divin Cuore, di Sittard (Olanda).*

25 » » L'Emo Sig. Cardinale Giovanni Bonzano, *Protettore delle Suore del Terz'Ordine di San Francesco, di Wisconsin.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

25 giugno 1923. Monsig. Alessandro Christie, Arcivescovo di Oregon-City.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

25 aprile 1923. Monsig. Mattia Pavic, della diocesi di Sirmio.

21 giugno » Monsig. Carlo Alfonso Carbonneau, della diocesi di San Germano di Rimouski.

23 » » Monsig. Giovanni Sramek, dell'archidiocesi di Praga.

30 » » Monsig. Filippo Pozzato, della diocesi di Adria.

10 luglio » Monsig. Anselmo Cecere, dell'archidiocesi di Gaeta.

Prelati domestici di S. S.:

28 febbraio 1923. Monsig. Francesco Bruno, dell'archidiocesi di Messina.

28 aprile » Monsig. Giovanni Lakajnar, della diocesi di Sirmio.

» » » Monsig. Luigi Vincentić, della medesima diocesi.

20 giugno » Monsig. Pietro Del Prete, della diocesi di Calvi.

21 » » Monsig. Giovanni Battista Piano, dell'archidiocesi di Torino.

28 » » Monsig. Felice Cianci, della diocesi di Muro Lucano.

» » » Monsig. Tommaso Buholzer, della diocesi di Basilea.

30 » » Monsig. Francesco Herman, della diocesi di Sirmio.

3 luglio » Monsig. Filippo Pacelli, della diocesi di Sovana e Pitigliano.

» » » Monsig. Vincenzo Taviani, della medesima diocesi.

9 luglio 1923. Monsig. Giorgio Moreau, dell'archidiocesi di Tours.
» » » Monsig. Vincenzo Dini, della diocesi di Colle Val d'Elsa.
» » » Monsig. Gioacchino Rosati, della diocesi di San Miniato.
13 » » Monsig. Roberto Nannini (Roma).
15 » » Monsig. Giuseppe Rossino (Roma).

ONORIFICENZE.

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

15 luglio 1923. Al sig. marchese Giovanni Evangelista Bisleti, Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 giugno 1923. Al sig. Ambrogio Tavassi, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Al sig. Gaetano Tavassi, della medesima archidiocesi.
27 » » Al sig. Renato Delforge, della diocesi di Namur.
29 » » Al sig. cav. Edoardo Martinetti (Roma).
30 » » Al sig. cav. Giulio Lafosse, della diocesi di Périgueux.
3 luglio » Al sig. Ludovico Rintelen, della diocesi di Hildesheim.
11 » » Al sig. cav. Antonio Freni, dell'archidiocesi di Messina.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 febbraio 1923. Al sig. Adolfo Marangolo-Ainis, dell'archidiocesi di Messina.
3 giugno » Al sig. Adriano Berger, dell'archidiocesi di Tours.
20 » » Al sig. Rocco Terreau, dell'archidiocesi di Quebec.
23 » » Al sig. Renato Maertens, della diocesi di Gand.
25 » » Al sig. dott. Luigi Güemes, dell'archid. di Buenos-Aires.
» » » Al sig. dott. Daniele R. Molina, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni B. Troncoso, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Bernardino Maraini, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Fernando Cambier, della diocesi di Namur.
» » » Al sig. Ilarione Aublin, dell'archidiocesi di Cambrai.
» » » Al sig. dott. Giuseppe Hahn, dell'archidiocesi di Colonia.
27 » » Al sig. Enrico Stefano Hoppenot.
29 » » Al sig. avv. Oreste Milani (Roma).
3 luglio » Al sig. Gastone Legrand, dell'archidiocesi di Parigi.
6 » » Al sig. Serafino Audisio, del Patriarcato di Venezia.
8 » » Al sig. Carlo de Bruyeker, della diocesi di Tournai.

11 *luglio* *1923.* Al sig. Alberto Ludovico Benedetto Vermeulen, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Giuliano Alessandro Romualdo Thiriez, della medesima diocesi.
13 » » Al sig. Felice Duverger, della diocesi di Agen.
» » » Al sig. Virginio Prosperi (Roma).
» » » Al sig. Luigi Nardi (Roma).
16 » » Al sig. Giovanni Stevens, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Davide S. Mitchel Quin, dell'archidiocesi di Glasgow.
» » » Al sig. Tommaso Colvin, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Carlo Byrne, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

28 *giugno* *1923.* Al sig. Filippo Fontana, Tenente della Guardia Palatina d'Onore.
» » » Al sig. Giulio Ceccarelli, Tenente della Guardia Palatina d'Onore.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 *giugno* *1923.* Al sig. Ludovico Terreau, dell'archidiocesi di Quebec.
13 *luglio* » Al sig. cav. Ruggero Barbini (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 *giugno* *1923.* Al sig. Giovanni Battista Giuseppe Racine, dell'archidiocesi di Quebec.
27 » » Al sig. Federico Küppers, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Al sig. Luigi Nardini (Roma).
28 » » Al sig. Camillo Moglia (Roma).
29 » » Al sig. Luigi Ferloni (Roma).
1 *luglio* » Al sig. Guglielmo Huntgeburth, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Al sig. Giovanni Fries, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Guglielmo Nicola Haubrich, della medesima archidiocesi.
14 » » Al sig. Oreste Mander (Roma).
16 » » Al sig. Ambrogio Delledonne, dell'archidiocesi di Torino.
17 » » Al sig. Giuseppe Acerbo, della diocesi di Penne ed Atri.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

26 aprile 1923. Monsig. Andrea Spileták, della diocesi di Sirmio.
» » » Monsig. Andrea Zivković, della medesima diocesi.
11 giugno » Monsig. Antonio Ciccarelli, della diocesi di Sulmona.
26 » » Monsig. Ernesto Iallonghi (Roma).
» » » Monsig. Oliade Del Mancino, della dioc. di Massa Marittima.
27 » » Monsig. Pietro Bargagnati, della diocesi di Fabriano.
2 luglio » Monsig. Paolo Pies, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Antonio Wempe, della diocesi di Münster.
3 » » Monsig. Giovanni Držanic, della diocesi di Klagenfürt.
» » » Monsig. Giuseppe Vogt, della diocesi di Rottemburgo.
11 » » Monsig. Ottavio F. Claeys, dell'archidiocesi di Glasgow.
14 » » Monsig. Antonio Wiscont, della diocesi di Wilna.
» » » Monsig. Mecislao Reinys, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Paolo Szepecki, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Leone Zebrowski, della medesima diocesi.
16 » » Monsig. Giovanni Tedaldi, della diocesi di Borgo S. Donnino
» » » Monsig. Luigi Onesti, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Rieber, dell'archidiocesi di Praga.
17 » » Monsig. Vittorio Lusini, dell'archidiocesi di Siena.
24 » » Monsig. Pietro Cataldi (Roma).
25 » » Monsig. Luigi Figna, della diocesi di Imola.
28 » » Monsig. Arnoldo Doebeli, della diocesi di Basilea.
» » » Monsig. Ludovico Enrico Keiner, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alberto Meyenberg, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Eugenio Folletête, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Emilio Neuenlist, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Fornelli, dell'archidiocesi di Torino.
31 » » Monsig. Giovanni Bonzi, della diocesi di Bergamo.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

3 luglio 1923. Il sig. barone Francesco de Stieglitz, della dioc. di Fulda.
» » » Il sig. barone Antonio de Ow-Felldorf, della diocesi di Passavia.

13 *luglio* *1923.* Il sig. Francesco Giulio Delamaire, della diocesi di Quimper e Leon.

16 » » Il sig. comm. Giuseppe Giglio Tramonte, dell'archidiocesi di Palermo.

» » » Il sig. conte Giuseppe Radini Tedeschi, della diocesi di Piacenza.

» » » Il sig. conte Francesco Nasalli Rocca, della medes. diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

26 *giugno* *1923.* Monsig. Giuseppe Bianchini, della diocesi di Sovana.

» » » Monsig. Gennaro Fortunati, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Stefano Borachia, della diocesi di Massa Marittima.

» » » Monsig. Vincenzo Paoli, della medesima diocesi.

27 » » Monsig. Giuseppe Quadri, della diocesi di Crema.

3 *luglio* » Monsig. Valentino Podgorz, della diocesi di Klagenfürt.

» » » Monsig. Giovanni Köck, della diocesi di Seccovia.

12 » » Monsig. Zeffirino Ralli, della diocesi di Civitacastellana, Orte e Gallese.

16 » » Monsig. Francesco Hérissé, della diocesi di Le Mans.

20 » » Monsig. Giovanni Grossi, della dioc. di S. Marco e Bisignano.

26 » » Monsig. Emilio Beluhan, dell'archidiocesi di Zagabria.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

4 *luglio* *1923.* Il sig. Luigi Diaz de la Vega, della diocesi di Oviedo.

5 » » Il sig. Raffaele Balbi, della diocesi di Cava e Sarno.

16 » » Il sig. comm. Giuseppe Demaldé, della diocesi di Piacenza.

» » » Il sig. comm. Ettore Martini, della medesima diocesi.

18 » » Il sig. Alfonso Schelstraete, della diocesi di Bruges.

20 » » Il sig. cav. Tullio Gualdi (Roma).

28 » » Il sig. cav. Giuseppe Girelli (Roma).

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

19 *luglio* *1923.* Monsig. Pietro Farah Assemani, dell'archidiocesi maronita di Tiro.

31 » » Monsig. Nicola Mobilio, della diocesi di Tricarico.

NECROLOGIO

17 luglio 1923. Monsig. Luigi Pugliese, Vescovo di Ugento.
22 » » Monsig. Luigi Harthl, Vescovo tit. di Germaniciana.
23 » » Monsig. Francesco Mendoza, Arcivescovo di Durango.
27 » » L'Emo Sig. Cardinale Niccolò Marini, diacono di S. M. in Domnica.
10 agosto » L'Emo Sig. Cardinale Agostino Richelmy, del tit. di S. Maria in Via, Arcivescovo di Torino.

MONITUM. – *Propter auctas transmissionis seu vecturae expensas, pretium subnotationis huic Commentario Officiali,* Acta Apostolicae Sedis, *ab ineunte anno 1924 persolvendum erit ut sequitur:*

Intra fines Italiae . . . . . lib. ital. 18 —
Extra Italiam . . . . . frs. gall. 24 —

AVVISO. – *In conseguenza degli aumenti delle tariffe postali, il prezzo di abbonamento agli* Acta Apostolicae Sedis, *Bollettino Ufficiale della Santa Sede, a cominciare dal prossimo anno 1924, viene così modificato:*

Per l'Italia . . . . . L. it. 18 —
Per l'Estero . . . . . *Frs.* 24 —

AVIS. – *Les tarifs postaux étant augmentés, le prix d'abonnement aux* Acta Apostolicae Sedis, *Bulletin Officiel du Saint-Siège, à partir de l'année prochaine 1924, a dû être fixé comme il suit:*

Pour l'Italie . . . . . L. it. 18 —
Pour l'étranger . . . . . *Frs.* 24 —

NOTICE. – *Owing to the increase in postal rates, the subscription to the* Acta Apostolicae Sedis, *Official Bulletin of the Holy See, will be, from the beginning of next year 1924, as follows:*

For Italy . . . . . L. it. 18 —
Outside Italy . . . . . *Frs.* 24 —

ANZEIGE. – *Infolge der Erhebung des Posttarifes, ist der Preis für die* Acta Apostolicae Sedis *vom Beginn des Jahres 1924, wie folgt, festgesetzt:*

Für Italien . . . . . L. it. 18 —
Für das Ausland . . . . . franz. francs 24 —